

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An peccet falsum sibi crimen imponens ob tormenta. n. 514.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

514.

CONFERENTIA. LXXIX.

Contingit non ratiō, Reum magnā tō
mentorū vi coactū falso sibi Crimen
imponere, ob quod, nisi revocaverit, est sup
plicio afficiendus: an peccet, teneatur ve
vocare? Resp. Primo: ad vitanda tormenta
levia imponere sibi falso crimen, ob quo
mors illi inferenda est, est peccatum mortale.
Ita Comm. Ratiō est: quia quilibet tenuerit
conservare suam vitam, etiam cum aliqui
incommode & dolore, maximē quando mor
tem non est commeritus. Resp. Secundo: si
vitanda gravia tormenta, quibus tamen
præoptari potest mors celerior, non est pec
catum saltem mortale imponere sibi crimen fal
sum, etiamsi ex eo mors imminentia. Ita Less.
L. 2. cap. 74. d. 7. & comm. RR. Ratio est:
Quia licet homo teneatur vitam suam tueri,
non tamen cum admodum magno dolore &
cruciatus scilicet, alius sibi eam eripiat, sicut
tamen non teneatur permittere sibi tibiam abscindi
cum tanto dolore: non enim tanto dolore
digna est salus. Nec per hoc seipsum inter
ficiere censendus est, qui iusta de causa exponit
se ab alio interficiendum. Bz. Tertio: talem
non teneri postea crimen fallum revocare, ni
si speret ex retractatione ante mortem facta, le
posse mortem effugerē absque nova tortura.
Ita qui sup. & Ratio est: quia retractando nō
omnino prodest, dum ei non credetur, nisi ve
lit

XIX.
gnā tōr
Crime
, est sup
ar ve
orment
ob quo
mortale
tenuer
i aliqu
do mor
de ; al
merito
est pec
men tal
Ita Lij
io est
tueri
lore a
it, sicc
blcindi
dolorc
i inter
exponit
talem
are, ni
acta, le
ortura,
ndo n
ali ve
lit

lit rursus tormenta subire : igitur cum non re-
tractando nemini faciat injuriam , ad retrac-
tandum non tenetur.

CONFERENTIA. LXXX.

Judex interrogat Reum juridicē , seu cum 515.
semiplena probatione accusatoris & unius
testis : an reus tunc teneatur fateri veritatem ;
quando de ejus vita agitur , vel graviori pœna
temporali ?

¶. Probabile admodum esse , Reum in hoc
casu non obligari , saltem sub peccato mortali ,
ad fatendum crimen occultum , quandiu est
in spe evadendi . Ita Ponermis. in Cap. Cum
saber de confessis , Sylvester. V. Confessio delicti , &
alij. Constat ex L. nimis grave , ff. de testibus .
Ubi dicitur : nimis grave esse , imbecillitati
humanæ , ut quis teneatur in judicio sanguinis ,
ad sui necem concurrere , & Judici contra se
non plenè procedenti arma subministrare .
Ratio fundamentalis est quia hujusmodi inter-
rogatio est , contra naturalem inclinationem
vitæ propriæ servandæ , & integritatis corpo-
ralis : Ergo non viderur consentanea naturæ
humanæ . Unde Confessarius non debet co-
gere pœnitentem , ut veritatem fateatur ,
quandiu est spes evadendi .

CON-